



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Quum plueret nox tetra focos, cœloq; caduco
 Aëra per calidū stillarent vndiq; mortes.
 Taliter ignifero missi de fonte gehennæ
 Fluxerunt tristes aliena in secula riui,
 At quos terribili iud ex decreuerit hora
 Viuere post mortem poenaq; ardere perenni
 Substrahet optato grauior sententia lœto.
 Quumq; foret melius dispersis corpora mēbris
 Carpere perpetuū dura sub morte soporem:
 Inuitos tamen vrna trahet, queis sola voluntas
 Rursus posse mori sensuq; carere dolendi,
 Sed sic accipiet feruentis flamma camini
 Ambustura suas ut nunquā finiat escas.

C A' P V T

III.

AT primi interea iuuenes conamine cassō
 Per deserta ruunt, tutoq; abscondita furto
 Facta putant cæcis optant latuisse tenebris.
Apostrophe ad Adam. Quid iuuat infoelix oculos auertere, quum te
 Iudex ille videt? quid eum abnuis ipse videre,
 Quum videare palam? sōl est, nō fuscatur amœnū:
 Sed depresso grauem formidant lumina lucem:
 Debilis & clarū visus non sustinet orbē:
 Hos ergo insolitas postquā tentare latebras
 Vedit,

Vidit, terribili primum Deus increpat ore.
 In faustusq; vbi sit querit non nescius Adam.
 Qui trepidā pauido producens pectore vocem
 Vix hec pauca refert, tuus o celiſſime terror
 Insolitas miserū latebras tentare coēgit:
 Nam quia nuda forēt inopertis corpora mēbris
 Erubui fateor, cœlumq; per abdita fugi.
 Et quis(ait) subitū concussit corde pauorem?
 Visus & vnde nouus? nam te nec vellere dudum
 Nec contexta prius velauit tegmine vestis.
 Forma rudis proprio melius contenta decore
 Iudice se placuit: sed postquā foedere rupto
 Interdicta tuus tentauit germina gustus:
 Naturale tibi tegmen non sufficit vnum.
 Et iā nunc primū nudis nudata patescunt:
 Arguit obſcēnus quia turpia corpora motus.

C A P V T IIII.

Ille vbi conuictum claro se lumine vidit,
 Prodidit & totum discussio iusta reatum,
 Non prece submissa venia pro crīmine poscit:
 Non votis lachrymis ue rogat: nō vindice fletu
 Precurrerit meritam supplex confessio poenam,
 Iamq; miser factus nondū miserabilis ille est.

d 4 Nam sensit

Adam vbi es?
Gen. 3.